



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Ōrigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Apanta Ta Ellēnisti Heuriskomena

Cui idem præfixit Origeniana, Tripartitum opus, quo Origenis narratur vita,  
doctrina excutitur, scripta recensentur

**Origenes**

**Rothomagi, 1668**

XX. Metensomatoseos auctores produntur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-25059**

A venientem corpus, non iuxta Platonis *metamorphosim*, sed juxta alium quamdam sublimiorem contemplationem. Scriptionis ejusdem contra Celsum libr. 5, Christianos reiicere tradit *περιστοιχίαν* τοῦ φύκης μεταμόρφωσις μὲν δια. Sed aſſeverantius libr. 8. οὐδενὸς μόρτου λέγοντες μεταμόρφωσιν ἐξ φύκης, καὶ γενέτων αὐτῆς μέχρι τῷ αἰώνιῳ ζωῇ, θυσίᾳν εἰδούσιος πονηρός, καὶ αὐτοὺς σάπιονται τοῖς ζώαις, οἱ γενέτων αὐτῷ τοῖς ζώαις οὐρανοῖς. Nullo modo scilicet dicentes migrationem anima fieri de corpore in corporis, & descendens ipsius uisque ad bratas pecudes; nimirum non ita ut Pythagoras, etiam abſtineamus alegando ab animalibus, ipſorum carnibus non uteamur. Et libr. 5. in Epift. ad Rom. Sed haec Basiliſes non adverſens de lege naturali debere intelligi ad inceptas & impias fabulas sermonem Apostolicum traxit in Pythagoricum dogma, idest quod anima in alia arque alia corpora tranſfundantur, ex hoc Apostoli dicto conatur adtrahere. Dixit enim, inquit, Apostolus, quia ego vivens sine lege aliquando; & cetera, quia Leſtori diligenter confundula relinquo. Paulini hujus loci pravam interpretationem, & ad Pythagorica *μεταμόρφωσιν* confirmationem accomodatam daminat iterum libr. 6. in Epift. ad Rom. Idem libro De Proverbiis Salomonis, & Tom. 7. in Matth. (qua testimonia jacent in Apologia Pamphili) & Tom. 11. in Matth. p. 228, & 259, Scripturis sanctis & Ecclesiasticis fidei contraria esse aſſent *μεταμόρφωσιν*. Fufi quoque id argumentum prosequitur Tom. 6. in Iohann. p. 104. diſquirens an in Iohannis corpus Eliae anima migraverit; eoque etiam copioſius Tom. 13. in Matth. p. 303, 304, & ſequentibus, eamdem ventilans quaſtionem, hac ratione *μεταμόρφωσιν* oppugnat, mundum nusquam interiturum, si anima propter peccata corpora ſubeant: id enim ſi sit, cum ſemper pro arbitrii ſui libertate peccare poſſint anima, ſemper corpora ſubituras; ſemper igitur ad futura corpora, mundum ergo numquam peritum: quod ſi prodeutibus ſæculis anima ſubinde aliqua peccato immunes, corporis vinculis amplius non egenit, poft diuturnum annotum curriculum, imminuto magis magisque animarum numero, ad per paucas animas redactum iri mundum; quibus perfectionem confeſcutis, defiſturuſ tandem, pra animarum qua corpora ſubeant inopia; quod refragatur Scriptura docenti plurimos in mundo futuros mortales, cum Filius hominis adveniet. Pari uitur ratiocinatio Homil. 2. in Cantic. Cant. Nunc aequus Leſtor exiſtimet, tot tamque claris testimoniorum *μεταμόρφωσιν* obterribus majorne adhibenda ſit fides, an iis qua allegant Hieronymus & Iuſtinianus eamdem adſtruuntibus.

B Verumtamen aliis quoque praſidiis Adamantij cauſam fulcire poſſumus, velut ea ſunt D quæ nobis Pamphilus ſubminifrat, verba hæc Origeni falſo adscripta fuiffe dicens, qua non ex ſua, ſed ex adverſarij perſona protulerat, & diſertationem præterea ſuam hiſ verbi coniūſiſe: Sed hec quantum ad nos pertinet, non ſunt dogmata, ſed diſcussionis gratia dicta ſunt, & abiſſiantur. Pro eo autem ſolo dicta ſunt, ne videatur quaſtio mota non eſſe diſcussa. Quæ repetit etiam Hieronymus & agnoscit Epift. 59. ad Avit. cap. 1. Prodeſt illud inſipidum ad deſenſionem Origenis, quod ſcriptum ab eo eſt Tom. 11. in Matth. p. 259, admittendam *μεταμόρφωſiον*, ſi per eam anima ita intelligatur mutari & converti, ut vel depravatis moribus, & voluntate, non natura pecudi ſimiſis evadat; vel virtutibus ac pietate rurſum rationis compoſi fieri videatur. Eadem inefſentia loco alteri ſe libro De Proverbiis Salomonis, quem Pamphilus Apologia ſuæ in teſtuit. Id puncio ſuo & aſſenſu comprobavit Philaſtrius

E Hær. 120. Quod ipsum prolixius & elegantiuſ edidit Gregorius Nyſſenus in commemo‐rata ſuperius diſputatione, quam Epiftola ſuā ad Menam Iuſtinianus inſeruit. Nec ali‐ter de hac Metenſomatofi, qua anima in belluarum corpora tranſire dicuntur, ſenſiſe Ori‐genem eo mihi fit veriſimilius, quod hæc ipſa fuī Platonicorum nonnullorum Metem‐psychoſis. Auctorem damus Nemēſium, cap. 2. εἰνὶ Φ. τὸν φῶ τοι‐κο‐καὶ, καὶ ὄρθιον, καὶ ἀρπαζίνος φύκης, λύκος, ἡ λεοντος σάματα μεταμόρφωνται. τοῦ ἡ τοῖς ἡ ἀπολο‐γίας ἡρολημδας, οὐανη τῷ Τῷ Εὐτον αὐταλημδανον σάματα, οἱ φῶ πνευμάτων τοι λεοντες καὶ τοι λύκοι, καὶ τοι δικε. οἱ ἡ τερπνοῖς λύκοι εἰρηνικας θέργονται, τα ἡδη φῶ τῷ ζωω παρεμψάνονται. Εε mox: ιδειτοι Φ. εὶ τὸν εὐτον εἴρηνος, εατ̄ εἰδ. Φ. ζωω φύκην εἴδε τῷ λεοντι, ἡγετον δέροεγ γέρεον τοιν αὐτοι μονοβίστον θειον εὔφορον, ὅπερ αὐτοι αἰθοταν εἰς ἀλεχα καὶ δέδοτο ζωω. Φ. ἀλεχα εἰς αἰθοταν εἰς μεταμόρφωνται γέροντοι, αἰθα δέο ζωω εἰς ζωω, καὶ δέοι αἰθοταν εἰς αὐ‐θεόμις, καὶ μοι δικε μέλλοι εἰδεινεα τοι τοι γαλατες τοι τοι γαλατες, μη μονον ἡ πλατεα Φ. ζωων, αδηα καὶ ἡ αἰθατες εἴνεται. Cum enim dixerit Plato iracundias, & furiosas, & rapaces animas, luporum & leonum corpora induere, que vero intemperanter uiciſſent, aſſinorū, aut diutorum ejusmodi corpora aſſumere, nonnulli proprie intellexerunt leones, & lupos, & aſſinos: alij vero figurate bac ipſum dixerunt, mores per animalia indicantem. Et mox: Iamblichus vero hiſ convariam decurrēns viam, pro animalium ſpecie, anima ſpeciem eſſe dicit, ſpecies nimirum diſferente. Ab eo ergo ſcriptus eſt liber singularis ita inſcriptus. Migrationes animarum non fieri ex hominibus in bruta, neque a bruis animalibus in homines, ſed ab animalibus in animalia, & ab hominib⁹ in homines. Ac mihi videtur ille pre reliquias optimè aſſectus non Platoni ſententiam modo, ſed & ipſam veritatem.

XX. Animarum itaque *περιστοιχίαν* cum à Platone accepitſet Origenes, ipsarum quo-

## ORIGENIANORVM

104  
 que *μετανοῶσιν* ab eodem accepit. Ab humanis autem corporibus in humana corpora A  
 transfere animas affirmavit Plato; à coelstibus vero in humana, ab his in demonica mi-  
 grare animas dixit Origenes: & ut hominum animas etenim animas pecudum fieri dixit  
 Plato, quatenus nequit addicta pecudum similes fiunt, ita id ipsum Origenes pronun-  
 tiavit. Praeverat Platonii Pythagoras, sed non animorum solum ex humanis corporibus in  
 humana, verum etiam ex his in ferina veras commeationes admiserat. Aliud quoque Py-  
 thagoricam inter & Platonicam doctrinam intercessisse discrimen affirmat Servius in illud  
 Virgil. *Aen.* 3. *Animamque sepulchro Condimus. Plato, inquit, perpetuam dicit animam, & ad di-*  
*versa corpora transsum facere statim pro meritis vita prioris. Pythagoras vero non μεταψυχον, sed*  
*ταλαιπωρias esse dicit, hoc est redire, sed post tempus.* In quo Platonem quoque, dimisso Pytha-  
 gorae Adamantius sequitur. At Paganinus Gaudentius cap. 31. in libello De comparatione B  
 Dogmatum Origenis cum Philosophia Platonis, de Origenis Metempsychoseis disserens, in  
 eo differre ait opinionem ipsius à Pythagorica, quod ille poenas in subterranei locis luendis ob sclera agnoscet; Pythagoras vero Inferos, Inferorumque poenas sustulerit, quod  
 falsum est: *αὐτὸς γάρ αὐτὸς ἐν τῇ λέξῃ οὐκοῦν δίκαια καὶ σφραγῖδες ιτάνε τὸν οὐδεὶς ποτὲ φέρειν* ic  
*αὐτός εἰμι.* At ipse etiam in scriptis ait post septem & ducentos annos se ex Inferis ad homines venire,  
 inquit Laertius in Pythagora. Ab Ægyptis autem magistris vasana hac Metempsychoseos  
 doctrina imbuti fuerant Pythagoras & Plato; hinc enim manasse illam commemorat ibi-  
 dem Servius, & Clemens Alexandrinus libr. 6. Stromat. Hanc hodieque pertinacissime  
 retinent Americani nonnulli, retinent Sinenses plerique, & ex Indis quoquor Muhamedo  
 nomen non dederunt; itaque ab animotorum eis eaute abstinent. An ab Indis vero ad C  
 Ægyptios transierit, an ab his ad illos, res est non parva disquisitionis. His fata auctoribus  
 Simonianorum, Basilidianorum, Valentinianorum, Marcionistarum, Gnosticorum, &  
 Manichæorum mentes infecit, in iisque cum ab aliis, tum ab Origene sape confusa est.  
 Placuit ea quoque veteribus Gallis, ut à Cæsare proditum est. Ne postremis quidem hisce  
 temporibus temperavit sibi Hieronymus Cardanus, vir immoderati ingenij, quiu iter-  
 tam quandam & repetitam *ταλαιπωρias* introduceret in Dialogo de morte.

## QVÆSTIO SEPTIMA.

## DE LIBERO ARBITRIO, GRATIA, ET PRÆDESTINATIONE. D

I. Sententia Origenis de libero arbitrio nature rationalis, & gratia Dei summatim proponitur. II. Eadem fuisse explanatur. III. In quo positam arbitrij libertatem voluerit. IV. Statum nature integrum à statu nature lapsa non distinxit. V. Vtrum & quomodo liberum arbitrium regere putaverit bonos & pravos motus in animo suscitatos. VI. Ecquisnam sit ille spiritus adversus quem Paulus carnem ait concupiscere. VII. Vtrum anima media inter spiritum & carnem dici possit. VIII. Quæritur utrum affectus aliqui boni ex carne naturaliter prodeant; & de lege nature. IX. Patres multi ex rati nature boni ali-  
 quid oriri posse senserunt. X. Origenes legi naturæ nimium tribuit: XI. quemadmodum  
 & legi Moysis. XII. Investigatur ejus sententia de gratia auxilio, quam hominibus à Deo  
 impetrari censuit, propter recte ante vitam gesta; XIII. & in hac vita mortali. XIV. Gra-  
 tiam excitantem non agnoscit. XV. Perperam interpretatis quibusdam Scriptura locis in  
 eam sententiam adductus est; XVI. que merito reprobatur. XVII. Pauxilla quedam  
 in Origenis favorem colliguntur. XVIII. Vtrum & quomodo perfectos homines posse non  
 peccare ratus sit. XIX. Huius dogmatis causa vapulat. XX. Vtrum post acceptam gra-  
 tiam iterata pænitentia locum non supereesse autumarit. XXI. Vtrum præceptis diuinis F  
 morem geri non posse senserit. XXII. Suppetitæ feruntur Origeni. XXIII. Vtrum affir-  
 ma-  
 verit homines sola fide iustos effici. XXIV. Investigatur ejus dogma de peccato origi-  
 nis, & fine baptismi. XXV. Quid ipsi de prædestinatione placuerit, disputatur. XXVI.  
 Hic quoque nonnullis poenas dat, sed in aliis juriatur.

I. **N**VNC vero de libero arbitrio, quod animæ ipsi innatum est; deque gratia Dei, quæ  
 in animam infunditur, quid Origeni placuerit, explorandum est; nec eam enim  
 questionem inoffenso decurrat pede, mentis rationalis arbitrio nimium tri-  
 buens,